



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Vitalianus Episcopvs. 16. Julii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

sui violentus iste affectus est. Sen. l. 2. de ira, non u  
in beneficijs honestum est merita meritus repensare, ita inju  
rias injuriis illic vinci turpe est: hic vincere inhumanum est.  
& lib. 3. de ira. Ultio doloris Confessio est. non est magnus  
animus quem incurvat injuria.

3. S. Laurentius pro Henrico clypeum interposuit,  
adversus dæmonem, quis in ultimo agone tuo cum  
dæmone, quis Sanctorum ita abs te colitur in vita,  
ut defendi ab illo in morte merearis?

## S. VITALIANUS EPISCOPVS.

16 Julii.

*Spectaculum facti sumus huic mun  
do, Angelis, Deo, & homini  
bus. nos stulti propter Christum.*

Ep. i. Cor. cap. 4.

**C**Apuae natus VITALIANUS virtutis præ  
mium à patria infulam tulit. Fueruntta  
men qui decus hoc inviderunt alieno capiti  
suo quærerent. Et placuit insuper, cùm vel  
maximè seriò rem agerent, fabulam tamen  
dare. Dormienti vestes suas auferunt & in lo  
cum muliebres reponunt. Has, ad preces  
matutinas vocatus, imprudens induit &  
templum petit VITALIANUS. Enimverò ri  
dentibus

dentibus aliis non riserunt scelerum factores.  
 Meretricio habitu contemeratam Infulæ ma-  
 jestatem clamant. Proditam tandem histrio-  
 nicam vel ab ipsa nocte Sanctitatem. Parùm  
 fuisse cum mulieribus noctes, dies agere, nisi  
 totus denique in mulierem abiret. Vide-  
 rent nunc Cives, nisi totus denique in mu-  
 lierem abiret. Viderent nunc Cives, an non  
 rediūs colum, quām pedum mulieri com-  
 mitterent. Si viri essent non laturos sic stola-  
 tum Episcopum. Si expiare urbem vellent,  
 monstrum (Episcopum foeminam) aquis se-  
 pulturos. Quid multis? dum patrona caret  
 innocentia, in mare abjicitur, non jam elu-  
 ente, sed faciente parricidium culeo. Sed  
 quis innocentiam mergeret? Emergit more  
 suo: & cœlum ingratis civibus aquas & cum  
 his segetem negavit, dum VITALIANUM re-  
 vocarent. Una igitur VITALIANUS & imber è  
 cœlo missi exceptique. Sed ille non fidens  
 honoribus, Deiparæ templum struxit, vi-  
 vensque in hoc privatus, Invidiam sub virgi-  
 nis pallio impunè jam risit. Ex Ferrario.

## M E D I T A T I O.

*De innocentia & simplicitate.*

1. **F**requens est lusus impiorum cum piorum inno-  
 centia & simplicitate. *Circumveniamus justum*

C 4

sap. I.

Sap. 2. (Observa causas) quoniam inutilis est nobis & contrarius, est operibus nostris, improprietat nobis peccata nostra, &c. & gravis est etiam nobis ad videndum. Advertit Hilarius quod impiis aspectus piorum sit velut onus malæ conscientiæ illorum. Ideo & Christo oculos velarunt Judæi, ut audacius percuterent, è quorum numero es? an propter justitiam pateris? an justi patiuntur à te?

2. Veste muliebri, quam inimici substituerunt, non tam Vitaliani illusa fuit innocentia, quam tecta impiorum nequitia. *Omnis qui male agit odit lucem.* Et pleraque vitia in hoc mundo palliantur ex eo tempore, quo Adam peccavit, suam nuditatem, foliis operiens. Quibus tu prætextibus coloratis malefacta tua involvis? quam candidè agis in confessionali? Chrys. *Quid tunc fiet miseris cum omnia aperta erunt?* Latere erit impossibile, appaere intolerabile.

3. Recte Iob vir simplex & rectus ait: *Deridetur justi simplicitas,* Iob. 12. in hoc mundo. Sed Deus non projicit simplicem. Iob. 8. *Væ autem viris dupli corde, & labiis sceleris!* Eccl. c. 2. Erit tempus, cum vulpes orcinæ vulpinabuntur, & tradentur in manus gladii. ps. 62. in potestatem tormentorum infernalium, & partes vulpium erunt esto simplex & rectus.

## S. ALEXIUS Confessor.

17. Julii.

*Omnis qui reliquerit Dominum vel fratres, aut sorores, aut patrem,*

aut